Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 961
Quelle:
Copyright:

ſub firmamento collectę ſunt. Atque ita per lineas 91. literalis τȣ Ἑξαημερȣ expoſitio continuatur, dum in myſticam et Editionis initium incidas, quod eſt: *Creatura* (ergo) *cæli et terræ quomodo hiſtorialiter ab exordio principij condita ſit, legimus* &c. et manifeſte probat, Editionem *Breuilianam* vitio Codicum, quos ſecuta eſt, ἀκεφαλον eſſe. Mox Edit. c. 3. poſt illa verba: *quia eccleſia Catholica a Chriſto — condita eſſe cognoſcitur*, Codex interſerit lineas 13. *Produxitque dominus deus de humo — morte morietur. Et fluvius egrediebatur.* Et poſt verba: *in cunctis gentibus miſſa*, lineas 16. *Nomen uni phyſon — qui curſim acta domini expoſuit.* Ut nihil dicam de frequentibus aliis, aut Interjectis, aut Trajectis brevioribus. Multa ſunt praeterea, e quibus lectio edita emendari poſſit. Ita C. 1. Codex: *ſed quia mundus inſtar eccleſię figuraliter eſt factus, qualiter eius creatio* — pro ſolis voculis: *ſed qualiter.* C. 2. *ipſius primum*, pro *ipſum primum. In eccleſia lucis nomine*, pro *in lucis nomine. Diuiſit quoque* pro *Diſcreuitque. Suſpicere firmamentum*, pro *ſuſcipere. Ut ſpirituales ſuſpicientes* pro *ibi ſuſpicientes. Quaſi inter aquas* pro *qualiter. Sint in ſigna* pro *in ſignis. Animam uiuam in genere ſuo*, pro *animam viuam* tantum: *Quando caro noſtra* pro *quando enim caro noſtra. In potentia rerum — ſuperbos*, pro *ſuperbiæ.* Atque haec ſatis evincunt, ad novam *Iſidori* editionem parandam magno fore ſubſidio Exemplar iſtud, de quo id ſolum addendum: praefixos eſſe *Libris* ſingulis *Capitum Elenchos*, qui neque cum Editis ubique conveniant, neque in Textu ſubſequo exacte obſerventur.

CCLXIX. VI. F. 13.

Codex membraneus lat. Sec. ~~397~~ IX. Folior. 86. 4. praeclare ſcriptus, rubricis diſtinctus et optime ſervatus continet: I. *Iſidori Hiſpalenſ.* illuſtris Sec. VII. Scriptoris *Libros* II. qui in edit. *Du Breuilii Pariſ.* 1601. *pagg.* 543. et 562. his titulis inſigniti ſunt: *De Nativitate Domini, Paſſione et Reſurrectione, Regno atque judicio*, Et: *De Gentium Vocatione*, in praeſenti vero *Cod.* unum Opus conſtituunt, cujus Frontiſpicium rudem Praeſulis picturam exhibet, d. bene precantis, ſ. librum geſtantis cum epigraphe: *Iſydorus Epiſcopus.* Inſcriptio Operis: *Incipit Prefatio Uel Capitulatio de Fidei* (ſic) *Catholicae Sive Superdictio Operis ad Florentinam Sororem Suam.* Initium: *Sanctæ ſorori iſidorus. quaedam quae diuerſis temporibus* &c. Melius hic *praenuntiata* et *probet*, quam in Edit. *pronunciata* et *adprobet.* Sequitur *Index Capp.* LXII. quia etiam *Epilogus Operis*, nobis *Superdictio* pro *Capite* computatur. Titulus C. I. *Quia Chriſtus a Patre Genitus eſt.* Initium: *Judaei nefaria incredulitate chriſtum Dei Filium abnegantes* &c. Per decurſum diviſio